UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CXL. Bitte an den Papst, den zum Nachfolger in der Abtei Chorin gewählten Johann Modde nach dem Tode seines von dem apostolischen Stuhle providirten Gegners Johann Wedemer zum Abte zu bestätigen, vom ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54745

Visual Library

minice milleſimo quadringenteſimo (nonageſimo) nono, ſeptimo ydus Januarii, pontificatus noſtri anno octauo.

Nach einer alten Copie des K. Geh. Staatsarchives, mit der Jahreszahl 1497 in der Aufſchrift und 1409 im Texte. Aus dem Pontificatsjahre erhellt jedoch, daß es das Jahr 1499 war, welches die päpſtliche Curie damals mit dem 25. März begann, nach unſerer Zeitrechnung alſo das Jahr 1500.

CXL. Bitte an den Papſt, den zum Nachfolger in der Abtei Chorin gewählten Johann Modde nach dem Tode ſeines von dem apoſtoliſchen Stuhle providirten Gegners Johann Wedemer zum Abte zu beſtätigen, vom 25. Mai 1501.

Beatiſſime pater. Vacante alias de anno 1499 Monaſterio chorinenſi ordinis Ciſtercienſis, Brandeburgenſis dioceſis, jn dominio ſeu fundo Illuſtriſſimi principis domini Joachimi, Marchionis Brandeburgenſis, Electoris Imperii etc. ſituato, per obitum quondam Petri Munſterberch, illius dum uiueret abbatis, — — — deuotus orator veſter Johannes Modde illius modernus abbas fuit ad illud electus et confirmatus, poſſeſſione ſecuta. Quidam vero Johannes wedemer, aſſertus monachus ordinis ſ. Benedicti, — illud deuolutum a Sede apoſtolica impetrauit Ortaque de anno 1500 coram certo prelati, apoſtolico cauſarum auditore, jnter prefatum quondam Johannem Wedemer actorem ex vna et prefatum oratorem ſuper dicto monaſterio et huiusmodi occaſione ſecum ex altera partibus — lite et cauſa Et in eis ad terminorum — — — obſeruationem, jurium et teſtium productionem proceſſo, dictus Johannes actor nuper apud Sedem apoſtolicam diem ſuum clauſit extremum. Ne autem dicto oratori nouus detur aduerſarius etc. Supplicat ſanctitati veſtre dictus orator, Quatinus litis et cauſe huiusmodi ſtatum pro expreſſo habentes Sibique ſpecialem gratiam facientes, dicto auditori ſeu in eius locum ſucceſſo committere dignemini et mandare, Vt dictum oratorem jn omni jure et ad omne jus, ſi quod dicto quondam Johanni in dicto Monaſterio uel ad illud quomodolibet competebat aut competere poterat, auctoritate apoſtolica ſurroget dictumque jus ſibi conferat et prouideat de eodem jpſumque ad jus huiusmodi eiuſque ac litis et cauſe predictarum perſecutionem et defenſionem in eo ſtatu, in quo ipſe Johannes wedemer tempore obitus huiusmodi exiſtebat et ſi uiueret poſſet et deberet admitti, admittat et admitti faciat, vt eſt moris, Et nichilominus de monaſterio prefato, Cuius fructus etc. XX arg. ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum non excedunt, Quouis modo ſiue adhuc per dicti quondam Petri, aut ipſius Johannis wedemer obitus uel ex alterius cuiuſcunque perſona ſeu per liberam cuiuſuis reſignacionem — vacet, etiamſi deuolutum effectum ſpecialiter uel ex obitu dicti quondam Johannis wedemer generaliter reſeruatum — exiſtat, eidem oratori auctoritate apoſtolica prouideat eumque illi preficiat in abbatem etc. Datum Rome apud ſanctum Petrum Nono kal. Junii Anno primo.

Nach einer videmirten Copie im K. Geh. Staatsarchive.